Nv
2391

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-551748-p0001-9

*BONA VERBA*

VIRO

*Nobiliſsimo atque Conſultiſsimo*

DOMINO

# PAULO DRAING, Hamb.

*Cùm is*

in illuſtri Argentoratenſi

*LICENTIATURÆ*

Gradus, Honores & Privilegia

d. XII. Jan.

an. N. C. CIↃ IↃC LXXI.

*ſolenniter capeſſeret*

exarata

à

Dominis, Patronis, Fautoribus atque Amicis ſubmiſsè, devotè & officioſiſſimè venerandis, colendis.

---

*ARGENTORATI,*

Literis JOH. WILHELMI TIDEMANNI.

2

No 2391 a

an No 2391

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-551748-p0003-0

I.

STrenuus ut miles laudes per mille pericla
Comparat, ac hoſtem conficiendo ſuum;
Sic tantis ſtudiis, celſum queis ſcandere Pindum
Sueviſti, meritò gloria tanta datur.

Erneſtus Eberhardus Fridericus,
Comes ab Hohenloë &c.

---

II.

*QUæ tibi vigiles peperunt, Nomina curæ;*
*Grator, cum voto, mente favente Tibi.*

Albertus Wolffgangus, Comes
ab Hohenloë &c.

---

III.

GRata gravi Muſæ vendunt ſua dona labore,
Et raró gratis vel labor ullus abit.
Hoc utrumque ſatis, DRAING Præclare, ſciebas,
Nec quoque conceptus mentis inanis erat.

 Legibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-551748-p0005-1

Legibus en! quoniam noctesque diesque vacabas,
Ac ſtudii Nobis tum documenta dabas.
Hinc Aſtræa TIBI jam nexit pollice ſerta,
Ut TVA concinnè tempora cingat iis.
Nos, TIBI, de tanto læti gratamur honore,
Faxit, quæ facimus, ſint rata vota, DEVS.

*amicâ ergò*
*appoſuit*
Eckunbertus Cammerarius de Wormatia
Liber Baro à Dalberg.

IV.

HÆc dies eſt lætitiæ ac honoris
Hæc TIBI fert præmia pro labore,
Hâc TVAM gaudet redimire frontem
Triga Sororum.
Ergo non Nobis liceat tacere,
Noſtra ſed votis ſimul admovere;
Cùm novæ TE nomine dignitatis
Quisque ſalutet.
Floreant ſemper vigeantque honores,
TE, quibus Præclare LICENTIATE,
Hoc die dignatur amica Noſtri
Turba Lycei.

*amicitiæ manu adſcripſit*
Fridericus Antonius Cammerarius de Wormatia Liber Baro à Dalberg.

V.

*Ad Nobiliſſimum, Conſultiſſimumq;*

VIRUM

DN. PAULUM DRAING, Hamburgenſem,

Cùm in Academia Argentorat. J. U. Licentiatus creraretur.

D*E* Pœnitentiâ *DRAINGIUS, decus*
*Noſtri Lycei nobile, loco in publico,*
*Spectante, tùm gratante turbâ civium*
*Academicâ, pererudite diſſeruit.*
*Sequuntur ecce mox honores maximi,*
*Scientiæ, pietatis inclyta præmia.*
*Nec* Pœnitentiæ *locus dari poterit.*

ſcr.

Johannes Fauſt, SS. Th. D. Logic. & Metaph. P.P. Univerſit. h. t. Rector.

VI.

*Ad Nobiliſſ. & Conſultiſſ.*

DOMINUM DRAINGIUM,

inaugurali de POENITENTIA Diſputatione cum laude defunctum,

*& inde* J. V. LICENTIATUM *creatum,*

feſtiva acclamatio

BALTHASARIS BEBELII, S. Th. D. & P. P. ord.

NUnquam Te ſtudiis operam navaſſe, DRAINGE,
*Pœniteat*, pigeat, diſpudeatque Tuis.

Cernis enim ſummos Tibi conciliaſſe favores,
Dum capiti mitram commodat alma Themis.
Gratulor eximios, quos Hoſpitis aptat honores
Dextera, perpetuos faxit, Amice, DEVS!

VII.

*GRatulor noſtro celebres DRAINGO*
*Quos meret multis ſtudijs honores*
*Adprecans lætum ſimul & ſecundum*
*Quodque ſuorum*
*Inſtitutorum auſpicium. DEUS, qui*
*Literas raras moderatus uſque*
*Eſt tuas, ſeros Tibi, mi DRAINGE*
*Soſpitet annos.*

honor. & memor. monumentum
Gothofredi Stöſſeri, V. J. D. & Pand. P. ord.

VIII.

NOn eſt DRAINGI, dulce decus meum,
Tenere fixum cur metuas ſcopum.
Errare neſcit vis laboris
Improba, cum pietate juncta.
En! gratulatur quisque Sodalium
Favente plauſo promeritos Tibi
Juſtos Honores, quos dedere
Jus titulus *Licentiati*.

Rectè

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-551748-p0008-8

Recte ſequentur cætera, quæ cupis.
Securus eſto. Patria ſuggeret
Benigna, quæ ſperas & optas,
Ac potiora dabit brabéa.

*Nobiliſſ. ac Conſultiſſ. DN. LICENTIATO*
*ex animo gratulatur*
Gerardus von Stökken/ V. J. D.
& Inſt. Imperial. P. P.

IX.

*Ad Nobiliſſimum & Clariſſimum VIRUM*

DOMINUM PAULUM DRAINGIUM,
cum in Academia Argentorat. J. V. Licentiatus
crearetur.

AD ſummos, quibus es dignus, Tibi Juris honores
Ut ſcribam carmen, DRAINGE colende, petis.
Sed mea vena, parum quæ alias præſtare valebat,
Morbo inſtante, ita nunc debilitata jacet:
Exprimere ut citius ſperem de pumice rivum,
Quam quoddam feſſo carmen ab ingenio.
Ergo quod hic optant omnes; quin Ipſe quod optas
Tute Tibi: id votum &, Vir celebrande, meum eſt.
Hanc Tibi materiam mitto nunc carminis: inde,
Nunc ego quod nequeo, carmen ut ipſe ſtruas.

*Gratulabundus ſcripſit*
Samuel Schalleſius, Eloq. Prof. Publ.

X.

MEdler Draing wol! wol! wol! heute wird Sein fleiß becrönet/
Heute lacht Sein glükk Jn an; Fama hat ſchon außgetönet/
Seiner ehren prächtigkeit. Dañ waß Helmſtät auff-gefür't/
Helmſtät ädler Helikon! daß hat Straßburg auß-gezir't

Nach

Nach verdienſtes würdigkeit. Sein ſo rechtes Rechte wiſſen
Gräbet ſeines grabes grab/ hat ſein ſtärben hingeriſſen/
Daß Sein fleiß / Sein ſchweiß / Sein preiß läbet mit der ewigkeit/
Wo ſchon mancher hoher Geiſt Im ein dänck-malt hat bereit't.
Daß erfreut Sein Vaterland/ daß ergötzet Sein Geſlächte;
Wer die Rechte recht beehrt / der wird recht beehrt vom Rechte:
Wi dann Sein gedächtniß ſchon ſich geſellet zu dem pol.
Drüm ſo ſing ich noch einmal: Aedler Draing wol! wol! wol!

Den Aedlen und Rechts-hoch-gelärten Herrn
Licentiat wollte mit diſem glükkwunſche
George Franke/ D.
ſeiner dienſt-ſchuldigkeit und freundſchaft
verſichern.

---

XI.

*Nobiliſſimo Conſultiſſimoque*
DOMINO
PAULO DRAING, Hamb.
*Cum*
Summis in Utroque Jure Honoribus, in Inclutâ
Argentoratenſ. Univerſitate, inſigniretur, 12. Jan. 1671.
anni ineuntis,
*Feliciter acclamat*
M. ELIAS KOLBIUS,
ad Div. Junioris Petri Paſtor ordinarius.

*ASPER gradus VIRTUTIS eſt, cujus via*
*Laboribus ſtudioque ſummo abſolvitur.*
*Id quod videre eſt JURIS in PRUDENTIA,*
*POLITICES illius parte principe;*

Quæ

*Quæ ceteris præeſt, & eſt ars dignior*
*Modis tot, unius bono quot publicum*
*Excellit omnium: dat omnibus bonas*
*Leges, & imperat vel ipſis Regibus.*
*Et ſumma ut eſt, ſic maxime quoque ardua eſt,*
*Magno labore quæritur, non otio.*
*Huc pergit, alter; magis ſe, quam ſibi*
*Natum putans, & maximè Reipublicæ*
*Meretur hinc laudes ejus cultor ſuas,*
*Et Summum Honorem, culmen ipſum ſi petit.*
*DRAING, quod arte Tu tuâ vincis gravi,*
*Poſt tot labores cum capis COMAM*
*UTRAMQUE JURIS dignam, ego lætos cano*
*Plauſus Io Tibi, & precor fauſta omnia!*

XII.

HAmmopolis celebris *præclaros* ſemper alebat
*Juris*, ut Hiſtoriæ dant monumenta, *Viros.*
Dicere longa mora eſt, vel quos jam poſſidet æther,
Quos vel adhuc vitam degere Parca ſinit.
Hos inter numerare, DRAING, Tua Nomina Clio,
Et Themidos Myſten TE celebrare ſtudet;
Connubio quoniam ſtabili Dea juris & æqui
Jungit in æternum Te ſibi, ſeque Tibi.
Atquē quidem juſto Juris de jure Sacerdos
Diceris Aſtrææ, Pieridumque choro.

Virtutisque Tuæ cantant emblemata claræ
*Iuliades*, referunt *Alſatides* celebres;
Quando DRAINGE, *Tibi Titulos*, *Inſignia*, *Iura*,
*Munia*, *Splendorem*, cunctaque fauſta dicant.
Gratulor, atque meis Numen cœleſte fatigo
His precibus: vigeas, commoda multa feras.

*Ita Nobiliſſimo atque Conſultiſſimo V. I. Licentiato,*
*Domino Sympatriotæ, Fautori & Amico*
*ſuo colendo precatur*

M. Theodorus Sagittarius, Hamb.

---

XIII.

EUge DRAING! bona verba Tibi, bona vota! Quid ergò?
An Te pœniteat facti, cum jura Quiritum
Evolvis docteque doces quid pœnituiſſe
Audiat ex illis? credat Judæus Apella,
Non ego. Sancta Themis jam tum tibi præmia ſolvit,
Et non parva Tuæ jungit cognomina Famæ
Cum ſummos in jure Tibi largitur honores.
Euge igitur bona verba DRAING, bona vota capeſſe:
Vive diu, memor atque mei! Tua gloria creſcat!
Creſcat, & extremas Terrarum pervolet oras!

*His extemporaliter quidem, animo tamen ſinceriſſimo*
*conſcriptis, applaudere debuit, ſummis ſuaviſ-*
*ſimi Amici ſui honoribus*

C. T. N. S.

XIV.

QUas hîc coruſcare Faces? Quid ſpargere flammas
Puſio porrectis ignibus Iſte ſolet?
Scilicet hæ Themidos FACVLÆ ſunt ſigna, monentque
Ingenii FACVLAS ſic rutilare Tuas:
Immò probant illæ, quòd eas Themis arſerit, Illam
Semper ut ardebas, pectoris igne Tui.
Hinc Tibi purpuream confert hæc Alma Tiaram,
Nec dubito, quondam munera plura feret.
Perge Tuas agitare, FACES, accendere TÆDAS
Ambigua inque FORO, Lumine Clara dare.
Tempus edax rerum nequit conſumere Flammas
Sed lucere SOLO, vult rutilare POLO.

*Hiſce Nobiliſſimo & Conſultiſſimo Domino PAVLO DRAING recens collatos Licentiatûs Honores animitùs gratulandus Ipſius Commenſales*

N. N. H. a D.    N. N. T. B. I.

XV.

DU haſt nunmehr mein Freund/ was du verlangt/ gefunden/
Du ſuchteſt lang mit müh / die jetzt erwünſchte ſtunden.
Wollan nun ſeind ſie da/ Apollo rufft dich ſchon
Zu deinem Ehrenfeſt/ nun forder deinen lohn.
Die arbeit und den ſchweiß / den muß man billig lohnen/
Man ſchickt dir Himmel ab / wo ſelbſt die Götter wohnen/
Den grünen Lorbeerkrantz. Apollo ſchencket Dir/
Nach außgeſtandener müh/ den ring zu deiner zier.
Die Muſen dienen dir / mit himliſchem gepränge/
Es wünſcht dir glück und ruhm/ die groſſe Götter menge

Die liechte Sternenburg / das bunte Flammenhauß
Das ſtreut zu deiner freud die ſtrahlen blumen auß.
Ein jeder wünſcht dir gl[illegible]z läſt ſich alles ſpühren
Zur höchſten freud geneigt/ heut dieſes Feſt zu zieren.
Drumb ſteige nur empor/ in beſter fröligkeit/
Dein ruhm der grünet doch auch jetzt zur winterzeit.
Jch ſeh ſchon wie dein haupt mit hellen zweigen pranget/
Daß rufft dich ſelber auff wornach Du dich gebanget/
Nun bleib in ſolchem glück/ das Dich hiezu gebracht/
Und leb da unverruckt/ wo ſtäts die freude lacht.

H. W.

XVI.

WEr durch Weißheit wird erhoben/
Der erlangt die Ehren-Krohn/
Ob ſchon Feind und Neider toben/
Bleibt ihm doch der Sieges trohn.
Wünſche ſchweben ihm zur ſeiten/
Und der ruhm/ der Ewigkeiten.

Eine Krohn/ vom glantz gewunden/
Haſtu vielgeehrter Freund/
Durch die Kunſt izt auch gefunden/
Welche Phöbus ſelbſt beſchein't.

Auff den Trohn biſtu geſtiegen/
Durch das helle Tugend-ſiegen.

Prange nun mit deinen Würden/
Mit der Ehren-Lorbeer-Reiß/
Nach ſo langer müh und bürden
Und nach abgelegtem ſchweiß/
Weil zu den erhöhten ſtuffen
Du biſt würdig auffgeruffen.

Du kanſt izund freudig lachen/
Hier bey deinem Tugend-ruhm/
Nim̃ zum preiß nebſt andern ſachen
Auch die grüne ſieges-bluhm.
Wer der Weißheit nachgegangen/
Kan in ew'gen freuden prangen.

Eil nun Fama ſuch die flügel/
Breit' die neue Würden auß/
Schwing dich an den ſternen-hügel/
An das blaue ſtrahlen-hauß/
Wo die nacht-geſichter flammen/
Bring daſelbſt den ruhm zuſammen.

Eilt auch ihr / ihr Pierinnen/
Eilet ſchleinig / eilt heran
Von des Pindus doppel Zinnen/
Stimmet bald ein jauchzen an/
Weil eu'r Freund/heut durch ſein ſiegen
Hatt die ehren-pfort erſtiegen.

Ich will ſelbſt mit luſt beſingen/
Dieſe hochbeglückte zeit.
Heute muß die Muſic klingen/
Alles ſteht ſchon zubereit.
Streicht ihr ſüſſen Orpheus Kinder/
Keiner als der andre münder.

Nun Herr Draing leb vergnüget/
Weil man dir die güldne zier
Heut in freuden zugefüget/
Blühe weiter für und für/
Biß man dich nach wunſch zu zeiten/
Auff den Gipffel ſelbſt wird leiten.

J. G. S.

XVI.

CUr ridet cœlum? cur ſidera tanta coruſcant?
Nubesque gemmis grandinant?
Ecce Aſtræa redit patrio cœloque relicto
Enſem bilancemque adtulit,
Et plenis calæthis fert mitras ſerta corollas
Cinctura frontes filiûm.
Cumque *Draing* Nymphæ Tu dilectiſſime Fili,
Hanc pro virili amaveris,
Te redamat, Doctorali compenſat honore
Tuum laborem ſerium;
Et doctam cingit frontem tibi fronde beata
*Licentiate* ſplendide
Macte nova lauru ceu Virgo ſplendet in aſtris
Tu ſic in aſtris ſplendeas!

*Votum ſerum ſerij ſervi*
*& amici*
*Johannis Eraſmi Löſchenkolij.*

XVII.

JCh muß auch/ ädler Freund/ bey diſen hohen Ehren/
Nach meiner Schuldigkeit/ Jhm ſeinen ruhm vermehren/

Hierinn beſteht mein Wunſch/ daß er ſo würdig ſei/
Als ſeine Tugend iſt/ das Lob das felt Jhm bei.
Dis iſt der Tugend Lohn/ der allen wird gegeben/
So ſtets nach ihrer Spuhr/ mit höchſter Sorgfalt ſtreben.
Jhr habt ja/ werther Freund/ diſelbe höchſt gelibet/
Jn dem Er Tag und Nacht/ im Rechten ſich geübet/
Darum Er itzund auch/ den wollverdienten Lohn
Vor ſeine Müh und Schweis/ wie billig/ trägt davon.
Man wünſcht Jhm Glük und Ruhm/ GOtt wolle mehr und mehr
Geſegnen diſen Stand und izt erlangte Ehr.

Aus ſchuldiger pflicht ſchrieb diſes

Nicolaus **Grott**/ Holſat.

Nr 2391

ULB Halle 3
006 699 278

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-551748-p0019-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-551748-p0020-4

2

*BONA VERBA*

VIRO

*Nobiliſſimo atque Conſultiſſimo*

DOMINO

# PAULO DRAING, Hamb.

*Cùm is*

in illuſtri Argentoratenſi

*LICENTIATURÆ*

Gradus, Honores & Privilegia

d. XII. Jan.

an. N. C. cIↃ IↃc LXXI.

*ſolenniter capeſſeret*

exarata

à

Dominis, Patronis, Fautoribus atque Amicis

ſubmiſſè, devotè & officioſiſſimè venerandis, colendis.

---

*ARGENTORATI,*

Literis JOH. WILHELMI TIDEMANNI.

No 2391a
an No 2391

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-551748-p0021-0